



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Incendium Divinum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO
XXIX.

AMOR DEI,

Incendium Divinum.

Res sunt causæ, quæ simul excitant ingens incendium in anima: *Bonitas, Amor, Beneficia.* Amat Deus; quia bonus est: ama, eum, quia beneficus: ama, quia beneficus est. Si Deus tantum esset bonus, & non te amaret, debueras procul dubio ipsum amare: quanto magis, cum sit bonus, & amans, amans æternus? amavit enim te ab æterno, & amabit in æternum. Porro non est amator sterilis, sed fecundus & beneficus, infinitis beneficiis obruens.

O divinum incendium amoris, beatus qui in te accenditur, & incenditur, ut fiat ignis, & flamma amoris! *Bonitas*, quomodo inflammas in cælo corda peccatorum, ita, rogo te, inflamma & mecum. O *Amor*, quomodo traxisti ad te amorem Beatorum, trahere & meum.

O *beneficentia Dei*, das lumen intellectui meo, ut intelligat ac penetret magnitudinem tuam: voluntati meam, ut amet te: ceteris facultatibus vires, ut bono respondeant bene agendo, *cruce cruce*, *proprio sanguine, morti morte.* O *Bonitas, o Amor!* *Bonitas* hinc sine, *Amor* sine termino, *Donâ* sine mensura! Amo *Bonitatem Divinam* supra omnem aliam *Bonitatem*: amo *divinum Amorem* supra omnem alium *amorem*: amo *cœlestia Dona* supra omnia alia *dona.*



CON-